Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ut me colaphizet. Propter quod ter dominum rogaui ut discede
ret a me: et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in
firmitate patitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: ut
inhabitet in me uirtus xpi. Sp Lucam.

In illo tempore. Cum turba plurima conueniret. et de ciuitatibus festina
rent ad ihesum: dixit per similitudinem. Exiit qui seminat: semina
re semen suum. Et dum seminat: aliud cecidit secus uiam et conculca
tum est: et uolucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit super petram:
et natum aruit. eo quod non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas:
et simul exorte spine suffocauerunt illud. Et aliud
cecidit in terram bonam: et ortum fecit centuplum fructum. Hec
dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat.
Interrogabant autem eum discipuli eius: quae esset hec parabola. Ad quos
ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni dei. ceteris
autem in parabolis: ut uidentes non uideant. et audientes non in
telligant. Est autem hec parabola. Semen est uerbum dei. Qui
autem secus uiam: hi sunt qui audiunt. deinde uenit diabolus. et tol
lit uerbum de corde eorum: ne credentes saluti fiant. Nam qui super
petram: qui cum audierint cum gaudio suscipiunt uerbum. Et hi ra
dices non habent: quia ad tempus credunt et in tempore tentationis
recedunt. Quod autem in spinis cecidit. hi sunt qui audierunt: et so
licitudinibus et diuitiis et uoluptatibus uite euntes suffocantur: et non
referunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bono et
optimo audientes uerbum retinent: et fructum afferunt in patientia.

Fres: Si linguis hominum loquar Do. in quinquagesima. Ad Corinth.
et angelorum. caritatem autem non habeam: factus sum uelut es
sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam et nouerim
misteria omnia et omnem scientiam et habuero omnem fidem. ita ut
montes transferam. caritatem autem non habuero: nihil sum. Et distribuero
in cibos pauperum omnes facultates meas. et si tradidero corpus
meum ita ut ardeam. caritatem autem non habuero: nihil mihi prest. Cari